



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 8. De ratione in genere iudicandi de peccatis ex parte appetitus
concupiscentis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

(quorum transgressionem peccatur) eamdem animam erigat in contrarium, ne impe in bona eterna.

Iam pro illo triplici bonorum temporalium genere affectus illius ex amore sui proueniens triplex dividitur in Epist. i. D. Ioan. cap. 2. in concupiscentiam carnis, seu amorem carnalium voluptatum; concupiscentiam oculorum, seu amorem diuitiarum; & in superbia vita seu amorem honorum. Et quia in homine amor seu prosecutio voluntatum carnalium, sicut & odium seu foga contrariorum dolorum, est per se actus non tantum voluntaria sed etiam appetitus sentientis: non autem amor seu prosecutio diuitiarum vel honorum (nec enim appetitus sentientem contingit diuitiis, vel honoribus moueri, nisi forte per accidens: hoc est, quod accidat hos vel illas adiunctam habere aliquam corporis voluptatem) fit ut ex parte sensualitatis, ultra ea que in praecedentibus cap. dicta sunt de consensu voluntatis, nihil speciale occurrat considerandum, quod attineat ad indicium de peccatis, prius carnalium voluptatum profectionem, & contrariorum dolorum fagam: quae quacunq; passiones sunt appetitus sentientis, illa quidem concupiscentia, & hanc sentientia, non tantum suppeditant voluntati materiali consensum, sed etiam illam impellunt ad talem consensum prabendum.

Etenim quia voluntas & appetitus sentiens simul sunt in eadem anima, fit ut in prosequendo bono vel faciendo malo, se mutuo moueant: vnaque aliam, perinde ac solet sphaera nostra aliam sibi adhaerentem, secum rapiat: quamquam diverso modo; Voluntas enim directe mouet appetitum sentientem, hunc scilicet applicando ad opus: quia cetera facultas superior, ceteras sicut principes clues, imperio suo applicans ad obvendua propria munia. Appetitus autem sentiens voluntate ad consentiendum sibi mouet solummodo indirecte: eam scilicet alliciendo (vnuquisque enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & ille est Iacobus i.) Ratione cuiusdam affinitatis mutue, qua due illae facultates, natae simul esse, ac sociari in eadem anima, vniuentur inter se naturali quodam vinculo. Vnde fit ut quemadmodum Principes ciues affirmitate ei coniuncti, sic voluntatem appetitus sentientis interdum subuertat representatione commodi, vel incommodi quo ipse sentit in voluptate, vel dolore corporis. Sic Danielis 13. Sicut puer depravato sentiat: Concupiscentia subuertit cor tuum.

Porrò de motu appetitus sentientis prout à voluntate imperatur, nihil superest hic addendum ad ea quae in praecedentibus cap. dicta sunt de ceteris imperatis (ex quorum ille est numerus) nisi id quod artigit Caiet. i. 2. q. 17. art. 7. quando corporis dispositio conueniens fuerit, faciliter appetitum sentientem voluntatis imperio moueri, non item quando non fuerit conueniens. Vnde præsens consideratio est tota de eodem motu, prout voluntate mad consensum allicit. Et cum, ut ante attigimus, ille sit tum voluntatis corporis prosecutio, cui specialiter nomen concupiscentie tribuitur: tum doloris contraria fuga, quae nomine tum ira, tum meus significatur; in ellenqua huius capitatis pars trademus quodam ex talis motu prout concupiscentia est, iudicium de peccatis in genere possit fieri: idem de eo prout metus est, expositorum in sequent. cap. Prout autem est ira, sufficit monuisse, ex illo, de peccatis eodem modo iudicari, quo dictum facit iudicandum esse ex concupiscentia: quia pariter vtroque modo inclinat voluntatem ad volendum, aut nolendum, aut non volendum.

Principio ergo notandum est quoad concupiscentiam, sic eam influere in actum voluntatis, vt in illo nonnunquam augeat, nonnunquam minuat, nonnunquam tollat actionem voluntarii liberi: nam auger, quando efficiendo ut obiectum appareat magis delectabile, magisq; desiderabile, efficit consequenter ut voluntas maiore propensione, & affectu in illud feratur, quam aliquo ferretur. Minuit vero, cum iuxta supra citata D. Pauli verba ex cap. 7. Epist. ad Rom. voluntatem inclinat, & quodammodo trahit ad unum magis, quam alterum acceptandum, vel repudiandum. Namque libertas consistit in indifference voluntatis ad acceptandum vel non acceptandum, aut etiam repudiandum illud quod ei fuerit ab intellectu practico propositum, tollit denique omnino: quia vt D. Thom. i. 2. q. 17. o. articul. 3. docet; Concupiscentia interdum est adeo vehementer ut non modo im-

pediat, sed etiam tollat penitus deliberatum rationis iudicium: sic nimirum mouendo corpus, ut ligentur Iesus exteiiores: atque adeo ut vigilantes variis phantasias deludantur, sicut dormientes in somniis: vel etiam ut ledantur ipsorum sensuum interiorum organa: quorum impedito obsecro quod in subministrando rationi species rerum, impeditur eisdem rationis vius: ut argumento sunt illi, qui ex nimia passione in amentiam vertuntur. Quia enim, etiam passione sedata, perseverat in illis interiorum sensuum latriss: ex sublatitudinum obsequio debito, collitur & rationis vius. Iam vero fine liberatio rationis iudicio, actus voluntatis nequit libere esse, ut paucis in amentibus & pueris, in quibus voluntas eodem modo sequitur id quod ratio absque disquisitione aprehendit, quo appetitus sentientis in bestiis, sequitur id quod phantasia conueniens esse iudicatur. Cum igitur haec habeantur: & peccatum adeo sit liberum, ut si non sit liberum, neque sit peccatum: dñe regule ex D. Thom. i. 2. q. 77. art. 6. & 7. statuuntur ad iudicandum de peccatis ex parte appetitus sentientis quoad concupiscentiam.

Priorest, peccatum per concupiscentiam minuit. Hanc præterante dicta confirmat illud quod habetur ex cap. Scientiam quippe est, De peccatis. distin. 2. Peccatum ex infinitate, id est, ex concupiscentia vel ignorantia (quarum illa carnis & hac animi infirmitas est, i. 5. q. 1. c. 1.) leuius esse peccato ex malitia: ut inueniatur in ceteris partibus ob ardorem concupiscentiae, leuius peccare fornicando, quam senem, in quo ardor deserbitur. Intelligenda est autem haec regula ex D. Th. in cod. art. 6. de concupiscentia, seu appetitus concupiscentis passionibus, prout antecedunt peccati perpetrationem innam prout hanc sequuntur, concupiscentia non minuit peccatum, sed tanquam effectus eius, ostendit quanta fuerit peccandi voluntas.

Posterior regula est. Concupiscentia quando auferit omnino rationis vium, omnino excusat à peccato: quando vero non auferit omnino, neque excusat omnino à peccato. Ratio manifesta est ex antedictis. Sic autem accipienda est talis excusatio, ut etiam locum habeant in ea moderationes excusationis eorum, qui per ebrietatem, somnum, aut faria priuantur rationis viu, proposita in præced. c. i.

Adhuc de concupiscentia illud observatione dignum occurrit ex Natur. in Enchir. prælud. 6. num. 8. cum actus humanus ex eo, quod producatur concupiscentia ipsa plurimum impellente voluntatem; non modo non sit involuntarius, sed magis voluntarius; illud quod per blanditiis agitur, non sit inualidum, nec inualidari posse: sicut est, & potest illud quod ex metu agitur, ut paulo post docetur: ita ut testamētum non valeat quidem metu factum, valeat tamen procuratum blanditiis, ex lege ultima ff. Si quis aliquem testari prohibuerit.

CAPUT VIII.

De ratione in genere iudicandi de peccatis ex parte appetitus irascientis quo ad metum.

S U M M A R I V M .

69 Metus minuit quidem liberum, non tamen tollit; nisi tollat rationis, neque potest aut leuius, aut gravis.

70 Mala quorum metus potest censori gravis, seu cadens in consternationem.

71 Metus potest minuere peccatum, non tamen faciendo veniale, illud, quod est in genere mortale.

72 Metus leuius regulerit non excusat à peccato.

73 Nec item metu gravis, quando agitur contra præceptum naturale negatiuum.

74 Secus cum agitur contra præceptum affirmatiuum, sive naturale, sive positum.

75 Similiter et quando contra præceptum humanum negatiuum.

76 Aliquot casus excepti.

77 Actus humanus metu extortus, inefficax, inualidusque esse censendus est quo ad forum internum.

Hæc ratio, ut in præcedenti cap. attigimus, sumitur tum ex ira, tum ex metu. Exira autem iudicandi in genere de peccatis eadem est ratio (ut iam antea præmonuimus)

qui iudicandi ex concupiscentia, ita ut regule in eod. præcep. capite traditæ sufficient ad illius cognitionem properat partatem rationis. Vnde nobis restat solum tradenda ratio iudicandi ex meo.

69. Qui oīri potest vel ab insito principio, vt ille quo et grotus moritimer: vel ab extero, vt is quem latrones morem minitando viatori incutunt; Sicut autem afficit voluntatem, vt non adferat absolutam necessitatem, sed solum inclinet, vt ad aliquod malum vitandum, velit aliquid quod alioqui non voluisse; ita ut minus quidem liberum, inclinando scilicet ad aliquid acceptandum potius, quam repudian- dum: non tamen tollat, nisi tantus sit, ut rationis vim aufe- rat.

A que siue ab interno, siue ab externo principio is oriatur, duplex esse potest: unus leuis, & alter grauius; quorum ille, qui & dicitur cadens in constantem virum, est, quando malum quod timetur, leue quidem est in se, homini tamen meditatio, & inconstantia, grava exanimi levitate appetit: hic verò, qui dicitur cadens in constanterem virum, est ex D. Thom. in 4. dif. 29. quaest. 1. art. 2. quando malum est verè graue, quod vir constans merito timeat: & certa existimatione iudicantis imminere, eligat alla minoria mali ad ipsum vitandum. Neque enim metus viri constans censetur, si velid quod metuitur leue sit, vel sola coniectura, ac suspitione tantum immineat: vel si minus est alio malo, quod ad ipsum vitandum eligitur. Sic, inquit Couar. in Epitome 4. Decreta- lium, p. 2. c. 3. §. 4. n. 2. si diues ad vitandum periculum amittē- di 100. nummos aureos nisi vxorem dicat Matrem, quam nullatenus erat alioqui duetur, non censetur, vi vir constans vel prudens, illud quod minus malum erat, eligisse ad vitandum maius.

70. Admoner autem D. Thomas ibidem ad 2. mala quorum metus cadere potest in constantem virum, siue quedam corporalia, quibusdam aliis maiora, & præcipue quæ pertinent ad personam: cuiusmodi sunt mors, & verbera, seu grauius cruciatus corporis, cap. Cum dilectus. De iis que vi, &c. Item de honestate per stuprum, & seruitus; lego. Ili quidem, ff. Quod metus causa, ac demum vinacula seu detentio in carce- re ex lege; Nec timorem, & lego. Qui in carcere, ff. eodem tir. Quod referentes Angelus & Sylvestris in verbo, Metus, nu- mero 1. addunt pertinere esse, siue talia mala imminent per- sona propria, siue filiorum, siue vxoris personis. Addunt item, eadem tunc facere metum grauem, seu cadente in constantem, cum nequit quis faciliter eis occurseri: si enim fa- ciliter potest, vt exempli gratia, recurrendo ad Superiorem, aut aliter ea declinando, non datur locus excusationi: vnde D. Thom. ibid. quoque ad 3. negat infamiam, quamvis sit ma- gnun malum, facere metum cadente in constantem viru: quia faciliter ei occurri potest. Quod tamen Syl. & Angelus in eod. verbo: ille num. 4. & hic num. 5. restringunt; inquietus non habere locum si infamia fituris cum suo illo effectu, quo de crimine infamatus in iudicio, obnoxius est morti, vel cruci- tibus, vel alii huiusmodi. Non enim dubium est quia talis infamia inducere possit metum cadente in constantem virum. Addunt denique eadem mala metum grauem causare, non modo cum infestur, sed etiam cum sunt tantum in comminatione illius, qui potest eainferre, & illatus pro- babiliter existimat: aut sunt in imperio, vel supplicatione eius, qui consuevit tytannice tractare subditos non obsequentes suis petitionibus.

Iudem autores ad huc & cum eis Couar. in citat. §. 4. num. 18. vbi atlos idem sentientes refert, in numero istorum malorum quæ regulariter causant metum grauem, ponunt tum amissio- nem bonorum omnium temporalium, aut certè maioris partis illorum, iuxta cap. Abbas, Deiis que vi, &c. Ex ratio est: quia ralba bona sunt vita & adiumenta, quorum iactura plerunque iudicatur grauior vinculis, & cruciatibus corporis: tum etiam maiorem excommunicationem: quia graue incomodo- dum & seruitus quedam persona est, inter homines esse & hominum carere commercio, sicut excommunicato visu- enit. Hoc tamen, vt reale monet Tabiena, idem quod illi, tradens in verbo Metus: intelligendum est, cum quis non habet facile remedium declinandi ipsam excommunicationem propter tyrannidem eius qui illam minatur, noleat sedire paratum obidire, neque permettere ut ad Superiorem prouocetur.

Habet amplius Sylvestris in citato numero primo: memo- rata quidem mala esse, quæ regulariter causant metum caden- tem in constantem virum: non esse tamen sola, sed adhuc, malum omne maius respectu minoris: vir enim constantes re- clam rationem fecutus consentit in minus malum ut viter maius: Quod de malo præceps intelligere: malum enim culpa- nusquam licet, neque ut evanient bona, neque ut vitetur ma- la. Ita qui plurib. tractata habere voleret, inueniet apud Thomam Sanchez in lib. 4. de matrimonio, undecim primis di- spitationibus: Nobis enim prædicta sufficiunt ad intelligentiam regularium continentium rationem de peccatis iudicati ex me: u nobis propositam. Quas regulas sequitur ut tra- damus.

Pars altera capituli in qua tradantur regula declarantes proposi- tionem rationem iudicandi de peccatis.

71. Prima est. Peccatum metu minui. Que confirmaturum
ex cap. Imprimis 2. quaest. 1. & ex cap. Sacris, De iis que
vi, & c. tunc etiam ratione, quia per metum minuitur libertu-
m in actu peccandi, peccatumque ex metu haberet quod sit ex in-
firmitate, id est que lenitus quam si esset ex pura malitia. Ad-
uerte tamen quod exprecesserunt Angelus & Sylva in verbo,
Metus, ille n. 6. & hic n. 7. nunquam ita minui, vt illud quod
est suo genere peccatum mortale, faciat veniale: quia nullum
est malum cui peccatum mortale sic cedat, vt illius com-
paratione, huius malitia censi possit in infinitum na-
nui.

72. Secunda regula est. Metum leuem nunquam excusare à
peccato, nisi forte, aut ignorantia tanta esset, ut lene malum
inuincibiliter credereetur esse graue, aut metus talis effet qui
rationis vim tolleret. Probatur 1. ex cap. Merit. 15. quaest. 1.
Deinde ratione: quia illud quod metu leui sit, nisi interueniat
aliqua ex proximiè propriebus conditionibus, est abolitur libe-
ratur: vnde quia est in voluntatis potestate ab eo abfinere,
peccatum committitur non abstinentio, si sit aliquid lege
prohibitum. Neque enim à legis obliterazione metus ipse
leuis excusat, ex lege, Metus 2. & lege, Nec timore, ff. Quod
metus causa.

73. Tertia regula. Cum præceptum, cuius transgressione
peccatur, sit vel negotium, id est, prohibet aliquid facere:
vel affirmatum, id est, præcipit aliquid facere: metum gra-
uem nunquam tollere obligationem præcepti naturals ne-
gotiū: & per consequens nec transgressor illius excusat
nunquam à peccato. Sepe autem ceterorum præceptorum,
sive diuinorum, sive humanorum obligationem tollere: &
illis contraveniente in tum à peccato, tum à poena debita
excusare communiter.

Prior pars confirmatur: quia id quod naturalia præcepta
negativa prohibent, est ex & intrinsecè malum: vt patet ex
mendacio, perjurio, adulterio, & id genus alii, à quibus re-
stant rationem abhortere constat. Quare ipsum nunquam
potest licet: vt nec potest malitiam excusare. Vnde quicquid
debet potius omnia mala pati quam illi consentire, ex c. Sun-
tum quidam, 25. quaest. 1. & ex cap. Lotharius, 31. quaest. 2. & ex cap.
Iane 32. quaest. 5. & ex cap. Sacris, De iis que vi, &c. Id qd. indi-
catum est à Domino per illa verba Marth. 10. & Luc. 9. Qui
vult venire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam
& sequatur me. Significavit enim vitam propriam & crucia-
tus corporis esse postponendos transgressioni diuinæ vo-
luntatis: cui Christum sequendo debemus nos conformare
in omnibus. Vnde addit idem Dominus, Qui amat animam
suam perdet eam. De qua re plura Couar. loco in n. 3. & aliquot
sequentibus. Indeque est, quod illi in modis præcepta dicuntur
obligare semper & pro semper: quodque nulla eorum trans-
gressio libera excusat à peccato: ne quidem ea, quæ pro-
uenit ex metu mortis: qui iuxta auctoritatem minuit quidem,
non tamen tollit omnino liberum: censetur leuis, cum ad
vitandum aliquod aliud malum, eligitur ac perpetratur peccatum:
quandoquidem teste Nanari, in Enchir. cap. 22. num. 51.
ex communi Theologorum & Canonistarum sententiis:
culpa etiam venialis, malum est maius quocumque alio,
quod non fuerit peccatum; vnde consequens est nihil
factum male, seu cum peccato, etiam tuncmodo veniali,
dici posse factum metu cadente in constantem virum: cum
talis

talis metus non contingat vbi maius malum ei gitur ad vitandum minus.

Quando metus excusat à peccato.

Posterior verò pars regulæ, probatur quicad præcepta affirmativa, sive naturalia sive positiva. Hac enim non obligant, ut vulgo loquuntur, pro semper: aliqui oportet sine intermissione exercere illud, quod in eis præcipitur: at id in hac vita est nobis impossibile, præsentim cum non habeamus semper obvia obiecta. Obligant ergo tantum pro tempore in quo necessari: sicut iudicio viri prudentis, exigit ipsa seruari. Quæ necessitas iuxta cap. Si quando, De scriptis, locum non habet, quando rationabilis causa excusat: prout censetur contingere, quando ea talis est, ut legislator adest, statueret id ipsum non esse seruandum; ex D. Thom. 2.2. quest. 147. art. 3. ad 2. Id quod Nauar. habet in Enchir. prelud. 9. num. 1. 4. & cap. 23. num. 43. simulque approbat quod Caet. ad citatum D. Thomæ locum ait caudam quam quis bona fide putat esse iustam, etiam si non sit, excusat à peccato mortali: immo & veniali, si omnis negligenter absit.

Ercent credibile non est Deum benignissimum, qui tantam animis nostris inducit propensionem conseruandæ vite propriæ, voluisse, quantumvis poterit, obligare nos ad seruanda, cum vite nostræ dispendio, præcepta ab ipso instituta, ut ea propter nos essent: non autem nos propter ipsa iuxta illud Marci 2. Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter Sabbathum. Sic ergo, etiam si teneat præcepto affirmatiu: iuicare proximum constitutum in extrema necessitate: nihilominus si id præstare nō possum sine vite mea iactura: non peccabo: quia non obligor cum tali conditione. Atque quod de Deo benignissimo dicimus, idem de Ecclesia prælumen dū est, tanquam de pia matre, quæ in filios a cœlesti Iaponio accepit potestatem, in edificationem, non in destructionem: ex posteriori ad Corinth. cap. vlt. sicut nec res publica ciuilis accepit. Quam nou habere in ciuium vitam dominium liberum; sed ex diuinæ voluntatis determinatione limitatum, argumento est, quod Deus solus iudicatur esse dominus vite nostra, iuxta illud Sapient. 16. Tu es Domine, qui vita & mortis potestarem habes.]

Quoad præcepta autem negantur positiva, eadem posterior pars regulæ probatur, quia obseruationis horum eadem est ratio, quæ affirmatiuorum. Neque enim ex parte rei prohibite (que non est invenire male) habent malum, sed solum ex superiori prohibitione; que ex ante dictis, non ita obligat de se, quia ad vitandum imminens mortis periculum violat licet possit: ita ut quod licitum non est in lege, necessitas faciat licitum, ut haberet regulam iuris. Extra. Et confirmatur tum ex eo, quod David 1. Reg. cap. 2. esuriens comedendo paues propositionis, quos comedere licebat solis Sacerdotibus, non peccauerit, ex cap. 12. D. Matth. Tum ex eo, quod Mathathias 1. Machab. cap. 2. pugnans in die Sabbathi, præceptum de huius sanctificatione licet nō seruauerit, propter imminens græce periculum mortis, quod pugnando pro pulsanendum fuit.

Quod autem Caet. 1. 2. quest. 9.6. art. 4. vult omnes leges humanas, quæ ad peccatum mortale obligant, seruandas esse cu pericula vitæ ex eo refellitur, quod lex ieiunii obliget sub reatu peccati mortali: nec tamen culpa sit illud frangere ad vitam conseruandam, ut ipse Caet. negare non potest, cum doceat 2.2. quest. 147. art. 3. dub. vlt. ad conseruandam sanitatem vel statum temporalem, vel vitandum notabile damnum, aut accidendum aliquod raro contingens, frangi posse ieiunium. Cum autem ipse obiecti: habet in cap. Sacris. De iis quæ vi. &c. cum pro nullo meo debeat quis peccatum mortale incurrire, non esse licitum ob metum communicare cum excommunicato. Respondendum est, id esse intelligendum de communicatione ex qua plebs acciperet scandalum, suspicac: aut leges ecclesiasticae nullius vigoris ac momenti esse: aut ipsum communicantem esse inobedientem manifestum: in quo casu iuxta post dicenda morte debet potius, quæ tale quid facere. Quæ est explicatio Nauarri ad cap. Inter verba 11. quest. 3. prelud. 3. num. 4. cum inquit intelligi de communicante in contemptu, vel negationem clavumi, seu potestatis Ecclesiastice. Videri potest Azor in 1. part. Institut. Moral. lib. 1. cap. 11. quest. 1.

Ce: etum in eadem posteriore parte regulæ, propterea dictum est, sive, non autem simpliciter, metum grauem excusare a peccato: quod metus interdum non tollat obligationem præceptorum de quibus agimus: nimirum quando ea obligant eisdem cum vitæ discrimine: ut obligare censetur ea, quæ præcipiunt aliquid quod ex se continentum est tali discrimini: vt cum Princeps exigente reip. periculo, præcipit militibus ne locum aliquem deferant, vbi de vita periclitantur, & multa alia militaria. Nam quamvis Princeps non sit absolute dominus vitæ, sicut Deus: tamen salutis reip. causâ potest subditos morti expondere, prout rotum exponit suas partes. Secundò, cum verba præcepti ostendunt obligationem cum eiusmodi discrimine: vt illa quibus præcipitur confessio fidei March. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo. Tertiò, quando occurrit casus in quo præcepta ipsa non obseruare, est contra charitatem in Deum: vt quando contemptus diuini cultus inde inducitur. Quartò, quando non oblexare, sic est contra charitatem in proximum, vt detimentum quod illi inde infertur, sit secundum ordinem charitatis magis caudendum à nobis, quam illud de quo metus incutitur: quo modo ruina proximi in peccatum, est à nobis magis caudenda quam nostra mors.

Hinc est, quod ex communis sententia Doctorum, transgressio præceptorum semper censetur mala, cum cedit in contemptum eorumdem, auctoritatis & religionis, contra Dei gloriam: vel quando generat proximi scandalum quo inducit ad peccatum. Tunc enim præcepta ipsa positiva obligare cum vitæ discrimine, ostendunt exempla Sanctorum illorum, qui ex cap. 6. & 7. lib. 2. Machab. cum ab impi Antiocho in contemptum diuinae legis, compellerentur suillam comedere, nullo suppliciorum & mortis acerbæ metu, ad transgressione præcepti, tales eum prohibentis, se adduci passi sunt. Cumque ex eod. cap. 6. Eleazar seni proponeretur, ut solidum modo simular se tales carnes ad mandatum regis comedere: ipse ne scandalum, seu occasionem peccandi alii daret, maluit mortem subire quam oblatam occasionem admittere. Sic ergo, vñctil Nauar. annotat in cit. num. 4. quamvis licet metu mortis non dicere, vel non audire. Multam: si tamen talis metus inquietur (vt solet ab hereticis) in contemptum eiusdem Missæ: vel ad ostendendum eam non esse celebrandam, vel in ea non consecrari verum corpus Christi: non erit per illum excusat à peccato: quoniam aderit casus proficendi fidei, ac vitandi scandalum proximi. In quo casu præceptum seruandum est, quidquid periculi inde immitheat.

Hæcque haec tenus de generali ratione iudicandi de peccatis ex ipsorum causa efficiente. Quæratio adea ipsa pertinet prout sunt actus liberi, in quo materialiter genericaque ratio eorumdem consistit. Deinceps autem tradendax reliqua causis, pertinet a ipsa prout sunt actus malitiæ in quo consistit formale & différētia ipsorum à careris actibus liberis: vt enim, quod actus liberti sunt, habent ex eo, quod à voluntate deliberata proceda: fece ex eo sunt actus malitiæ, quod suo fine debito, aut contra præscriptam regulam, aut circa objectum illicitum, aut etiā cum defectu ci. cunctiarum debitatum exercitantur. Carterum quæ de metu addenda viderentur quoad vim quam habet reddendi quoddam actus humanos inefficaces, commodius traduntur suis locis, cum de unoquoque talium agitur existimato. Quivoler potest de illis videte Azorium t. part. Moral. in fit. lib. 1. cap. 11.

In generis autem hic ocurrunt mōnendum, quidquid sit de foro externo & coram hominibus: in foro interno & coram Deo, invalidum inefficacemque esse actum, metu gravi inservit incusso, extortum; prout ex communis sententia Nauar. habet in Enchir. cap. 17. num. 14. & cap. 22. num. 5. quam lequi solet summularij in verbo Metus, & in verbo Restitutio ac in verbo Concessio. Iaque nulla donatio, transactio, remissio, traslatio dominij validæ est coram Deo, quando consensus prædicto meo extorquetur; teneturque ille qui tem accepit, illa restituere ei cui iniuriam facit accipiendo. Nam ibi est quodam rapina genus, iuxta cap. Poenale 14. quest. 5. Absurdum autem est existimare, quod per rapinam, & iniuriam, dominium rei coram Deo transferatur.

L A V S D E O .

T t 4

LIBER